



Tu mea dona, Pueri, Pueri tu, suscipe Mater,
 Cuique etiam Pueri, curaque, Matris erat.
 Ene go, quæ vovi, fletu comodo poplite sisto:
 Facti non animo est gratia pulsa meo.
 Tende manum, iustas q̄ prec̄es, quas iudicimus audi
 Audiat, Iosepe, non leve muneris, erit.

D. V. E. C.

Cl. B. B. B. B.



Handwritten text in a cursive script, likely a library stamp or a title. The text is arranged in several lines and is partially obscured by the decorative scrollwork of the page.

1785

PRO PRIMO LITERARUM EXAMINE SVBEUNDO,
PONTIFICIAS
CONCLVSIONES
DESVMPTAS

PRÆACUTISSIME, ET ELEGANTER NOTATIS AD RUBRICAM Tituli de Restitutione Spoliatorum in Decret. lib.2.tit.13.


AVSPICANTE
SAP. D. D. EMMANUELE A COSTA DE ALMEYDA
Vespertina juris Pontificij Cathedrae moderatore subtilissimo, in Vlyssipponensi Sede Doctorali Canonico emeritissimo, in Causis Fidei Iudice æquissimo, in Divi Pauli Collegio olim Collega, sapiusque Rectore vigilantissimo, ad sublimiora evehendo.

DEFENDENDAS PROPONIT
FRANCISCUS SIMOENS DA VEYGA
Suo quarto juris Canonici anno die *24 Aprilis* hora *in solita*

QUÆSTIO PRINCIPALIS PETIT:

Vtrum ut concedatur restitutio ex causa spoliij, & ut quis dicatur spoliatus, necessaria sit probatio possessionis veræ, & propriæ, aut tantummodo præsumptæ, & quæ sit sufficiens nos in certamine discutiemus.

PRIMA CONCLUSIO



Restitutio derivatur à verbo restituo, quod quidem verbum varias habet significationes, tam apud juris peritos, quam latinæ linguæ professores, propriè tamen, & frequentius accipitur pro eo quod est in pristinum statum reponere, nam componitur à retro, & statuo, & idem importat atque in retro statu ponere, & inter verbum restituere, & exhibere aliqua datur differentia, quam petentibus explicabimus. Vnde cum hæc sit propria, & frequentior significatio prædicti verbi, si in aliqua dispositione inveniatur simpliciter prolatum prædicto in sensu erit accipiendum, ut significet repositionem ad statum pristinum, nisi materia subjecta, vel mens disponentis aliud suadeat. Ex prædicto verbo restituo derivatur restitutio, etiam diversas habens assertationes; inter quas propria, & frequentior est repositio in statu pristino, & sic à Doctoribus genericè sumpta describi solet, ut sit in pristinum statum repositio.

SECUNDA CONCLUSIO.



Restitutio generice sumpta dividitur in varias restitutionum species, & communiter dividitur in restitutionem gratiæ, & justitiæ. Restitutio gratiæ datur, quando supremus Princeps movetur ad illam concedendam ex sua mera gratia, & indulgentia cujus restitutionis varia in jure nostro dantur exempla, & si necesse fuerit illa exponere non dubitabimus, non solum secundum regulas juris Civilis, sed etiam inspecto jure Canonico, quo attento restitutio gratiæ verificari potest in restitutione ad spectativas beneficiorum. Etsi petas quando hæc restitutio gratiæ verificari possit, libentissimo animo responsionem præstabimus. Restitutio autem justitiæ est illa, quæ ex Principum constitutionibus, vel ex edicto Prætorum invenitur concessa, & non pendet ex gratia, & benevolentia Principis.

TERTIA CONCLUSIO.



Justitiæ restitutio verificatur in restitutionibus in integrum de quibus generice agitatur in titulo ff. de In integrum restitutionibus, & specificè in alijs titulis, quarum restitutionum variæ in jure inveniuntur species continentes causas, & specificas differentias. Si quæres? In quibus casibus tales species restitutionum considerentur in illis explanandis, nulla mora erit. In nostra rubrica de restitutione spoliatorum vera, & propria datur species restitutionis, si quidem in illa verificantur omnia essentialia restitutionis. Quæ nostra restitutio ex juris communis dispositione datur ad resarciendum damnum injustè, & injuriosè per spoliationem illatum, & hæc restitutio invenitur comprobata jure Civili, Canonico, & ex nostro jure Regio. Si inquiras, an restitutio ista ex causa spoliationis sit restitutio gratiæ, seu justitiæ? Respondebimus illam veram esse restitutionem justitiæ, non dependentem à gratia, & benevolentia Principis.

QUARTA

QUARTA CONCLUSIO.



Et nostra restitutio ex causa spoliationis ab alijs restitutionibus iustitiæ multum differt, non solum ratione causæ, & finis, sed etiam alias continet differentias, quas postulantibus demonstrabimus. Titulus noster de restitutione spoliatorum recte sequitur, & iusta cum causa conjungitur titulo de causa possessionis, & proprietatis, ut à ratione demonstrabitur. Spoliatus deducitur à verbo spolio, seu spoliator, quod significat exuere, nudare, seu privare, & in nostra Rubrica spoliatus dicitur ille, qui à sua possessione violenter fuerit dejectus, illa que remansit exutus, nudatus, seu privatus, & in nostro jure Canonico idem valet spoliatus, ac in jure Civili accipitur dejectus unum, & alterum verbum in hac materia idem significare dicimus.

QUINTA CONCLUSIO.



De effectum ut quis dicatur spoliatus, & competat restitutio ex causa spoliationis, primum requisitum est, Quod detur possessio ita ut illa deficiente restitutio competere nequeat. Dubium tamen est, an possessio debeat intervenire tempore spoliationis: affirmantibus adharemus, ut spoliationis tempore debeat dari possessio, & si ex post facto superveniat non sufficiat ad spoliationem, nec restitutio competere possit. In chartis tamen tuitivis regalibus quæ apud nos conceduntur per Senatores Palatinos necessario probanda est possessio tempore impetrationis, & similiter possessio superveniens non est sufficiens ad justificandam tuitivam. Ratio autem quare possessio in hoc casu debeat existere tempore impetrationis, libenter præstabimus, & explicabimus quando hujusmodi chartæ tuitivæ concedantur.

SEXTA CONCLUSIO.



Dubitatio non modica inter interpretes existit, an ad effectum ut quis dicatur spoliatus, & restitutio ex causa spolij concedatur, sit necessaria probatio possessionis veræ, & propriæ tempore spoliationis seu potius sufficiat probare præsumptam possessionem? In qua quidem quæstione licet multi constanter tueantur, quod præsumpta possessio non sit sufficiens, tamen nos cum veriori sententia defendimus præsumptam possessionem esse sufficientem. Quando autem detur ista præsumpta possessio explicare non dubitabimus. Si tamen cum præsumpta possessione concurrat aliqua circumstantia, quæ præsumptionem tollat, tunc à nostra sententia recedendum erit. Quæ sint autem tales circumstantiæ si postulaveris explicandæ erunt.

SEPTIMA CONCLUSIO.



Mittatur spoliolum, & ex causa spoliationis detur restitutio non solum sufficit possessio actu corporali, & adæquato apprehensa, sed etiam illa, quæ per actus fictos, & à lege comprobatos consequitur. Qui quidem actus multis modis contingere possunt, & in jure inveniuntur expressi quos libentissimo animo declarabimus. Maior tamen dubitatio est circa possessionem talem qualem adquisitam ex dispositione legis absque aliquo facto, & ministerio hominis, an prædicta possessio sit sufficiens, ut quis dicatur spoliatus, ut possit intentari remedium de recuperanda possessione? Et quanvis non modicæ authoritatis interpretes negent, affirmantes tamen sequimur defendentes talem possessionem esse sufficientem, quibus in casibus ista possessio detur explicabimus, non solum de jure communi, sed etiam de jure nostri Regni.

OCTAVA CONCLUSIO.



Spoliatio committitur, & remedium de recuperanda possessione competit, non solum quando possessio est justa, & à lege comprobata, sed etiam eo in casu, quo possessio fuerit injusta, nam possessoribus injustis expulsis, & spoliatis conceditur restitutio. Quod adeo verum est ut etiam in eo casu, quo possessor sit violentus, seu prædo, si dejiciatur, & spoliatur adhuc remedium de recuperanda possessione competere potest; nam licet prædoni seu violenti possessori alia juris remedia non dentur, restitutio tamen ex causa spoliationis non denegatur, & rationem differentix, seu specialem ad restitutionem concedendam prædictis possessoribus assignabimus, & concludentem esse defendendum erit.

NONA CONCLUSIO.



Prædoni, & violento possessori adeo competit remedium de recuperanda possessione, ut etiam procedat in eo casu, quo quis ipsam furtivam, & violentam possessionem fuit consecutus ab eo contra quem de spolio agit: Unde ille, qui vi, aut clam possidet, si ab alio per vim expulsiuam dejiciatur, poterit intentare contra illum remedium recuperandæ. Et licet similibus possessoribus alia remedia non concedantur, recuperandæ possessionis remedium competit. Prædicta resolutio procedit non solum de jure Civili, sed etiam Canonico. Dubium tamen est an sibi locum vendicet de jure Civili non solum inspecto jure Codicis, sed etiam secundum jus Digestorum? Etiam de jure Digestorum procedere sequuntur multi, quorum opinionem amplectendam esse arbitramur. Novum bellum pro coronide nobis movetur an nudus detentator, qui sane est ille, qui in possessione est non suo, sed nomine alieno, possit de spoliatione agere, & interdictum unde vi intentare? negantibus adhæremus, ex ea ratione, quia ei deficit possessio ad spolium requisitum essentielle. Qualis est colonus, qui, si dejiciatur à fundo, non dicitur spoliatus, nec remedium recuperandæ possessionis intentare valet, siquidem non possessor, sed merus detentator est, sive conduxisset ad modicum, sive ad longum tempus, non mutat naturam, & essentiam contractus locationis consistentem in eo, quod nec dominium, nec possessionem transferat in conductorem, inspecto jure Civili, contrarium tamen est dicendum attento jure Regio.

OCTAVA CONCLUSIO.

Politico committitur, & remedium de recuperanda possessione competere non solum quando possessio est iniuste & a lege comprehensa, sed etiam in casu quo possessio fuerit iniuste, nam possessores iniuste, sequuntur & politice conceduntur restitutio. Quod ad hoc verum est, ut etiam in eo casu, quo possessor sit violentus, seu per hoc, si desit, & politice ad hoc remedium detur. Recuperaenda possessio competit, nam licet per se non violentus possessor sit, remedia non detur, restitutio tamen ex causa politice non denegatur, & rationem differentie, seu specialis ad restitutionem concedendam per hunc possessorem assignamus, & conclusionem esse dicendum erit.



NONA CONCLUSIO.

Ratio, & violente possessori adeo competit remedium de recuperanda possessione, ut etiam procedat in eo casu, quo per ipsam factam, & violentam possessionem sit consecutus ad eam contra quem de ipso agit. Unde ille, qui vi, aut clam possidet, si ab alio per vim ex possessione desit, poterit intentare contra illam remedium recuperanda. Et licet similibus possessoribus alia remedia non concedantur, recuperanda possessio remedium competit. Preterea restitutio procedit non solum de iure Civili, sed etiam Canonico. Dabitur tamen etiam sibi locum venditor de iure Civili, non solum inspecto iure Codicis, sed etiam secundum ius Digestorum. Etiam de iure Digestorum procedere seduntur multi quorum opinionem amplectentur esse arbitram. Novum bellum pro coronis nobis movere an nunc ducerentur, qui sane est ille, qui in possessione est non suo, sed nomine alieno, posse de possessione agere, & interdicitur unde vi intentare: negantibus ad hoc, ex ea ratione, quia ei desit possessio ad ipsam rediit tam essentialis. Quasi est colorus, qui, si desit, aut a iure, non dicitur politice, nec remedium recuperanda possessio intentare valeat, ipsam non possidet, sed metus detentor est, sive conduxit ad modicum, sive ad longum tempus, non mutat naturam, & essentiam contractus locationis constituentem in eo, quod nec dominium, nec possessionem transferat in conductorem, inspecto iure Civili, contrarium tamen est dicendum attento iure Regio.



Handwritten scribbles and numbers in the top left corner, including a large 'P' and '23'.